1

# Statuta prouincialia

1 In nomine patris et filij et spiritus sancti Petrus dei gratia sancte Maguntie
sedis Archiepiscopus sacri Imperij per Germaniam Archicancellarius
omnibus prelatis Cappellanis Conuentibus Clericis atque Clericorum ac
xpifidelibus siue religiosis siue secularibus per Maguntinam Ciuitatem
dyocesim et prouinciam constitutis Olim a domino et prouincie repetite statutorum
noticiam et obseruanciam inconcussam.

M

## Incipit concilium Maguntinum a domino
## Petro bone memorie celebratum

In honore dei omnipotentis gloriosissime virginis marie matris eius
a beatorum petri et pauli apostolorum beati martini patroni nostri ac sanctorum
omnium Pro communi ecclesiarum et cleri Ciuitatis dyocesis et prouincie Ma-
guntie bono dudum ab constitutiones A venerabilibus patribus felicissime recor-
dacionis predecessorum nostrorum vestigiis inherentes editas in diuersis cartulis seu
libellis dispersas ita ut de quibusdam casibus an essent constitutiones prouinciales
aut constitucionum huiusmodi vim haberent poterat verisimiliter dubitari in
vnam compilacionem seu libellum ad tollendum in hoc dubium ex officij nostri debito
suppleuimus concordantes duximus redigendas sub certis et conuenientibus titulis ordinando
quasdam ex hiis obscuras declarando quasdam eciam per nouellas addiciones nostras inno-
uando Ea eciam breuitatis et vtilitatis paucula de quibus inde per flosculis
secuturi non varius admiscendo pro loci et personarum temporis qualitate Volentes
igitur et comminus qui nos siue dyocesana lege siue metropolitana auctoritate
subesse censentur hoc tamen libello pro constitucionibus prouincialibus in futurum vtantur
districtius inhibentes ne quis in antea pro constitucionibus presumat in iudicio
vel extra aliis vti cartulis seu quaternis quos fide carere decernimus in huius
parte hoc sacro concilio cum vna cum fratribus et prelatis nostris aliis presidentibus auctore
domino approbante etc.

## De summa trinitate et fide katholica

1 Que propter sui exquisitissima et probatissima perfectionem et clarissima
et lucidissima veritate adiectione vel declaracione vlla non indigent
ad quas in primis tamquam principium medium et finem salutis omnium corda
mentes et oculos leuamus deuoti Nichil aliud credendum tenendum vel docendum
id quod romana credit tenet et docet ecclesia piissima sanctissima et perfectissima
vite vera ita tamen quod omnes prelati articulos fidei principales fideliter suos
subditos doceant laycos simpliciter credere sicut docet ecclesia Clericos vero
explicite et distincte etc.

## Addicio de eodem

) Primum siquidem statuimus vt si aliquis clericus vel laycus vtriusque
sexus cuiuscumque dignitatis religionis vel status existat ausus
sit presumpcione dampnabili publice predicare vel occulte dicere credere
vel tenere quod sacerdos in mortali existens peccato non possit conficere corpus xpi
seu sic ligatus non possit soluere vel ligare suos subditos a peccatis pro heretico
et incredulo habeatur quod errorem huiusmodi sacri concilij approbacione dampnamus Anna

VF

174.

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs174/0005
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg